Quelle: https://manuscripta.at/?ID=743
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

quia scę mulieres uespere sabbati quę lucescit inprima sab
bati uenerunt uidere sepulchrū. tta intelligendū ē. quia
uespere quidē uenire cęperunt. sed lucescente mane in
prima sabbati adsepulchrū pueneruntʼ. idest uespere aro
mata parauerunt. quibus corpus dñi unguere desidera
bant. sed parata uespere aromata mane adsepulchrū de
tulerunt. Quod matheus quidē breuitatis causa obscurius
posuit. sed euangelistę alii quo ordine res factū euiden
tius ostendunt. Sepulto namq; sexta feria dño. reuerse
a monumento mulieres. parauerunt aromata et unguen
ta quandiu operari licebat. et sabbato quidē siluerunt
secundū mandatū sicut lucas apte designat. cū autē
transiret sabbatū. uesperaq; adueniente tempus operan
di reduxset. mox pmpte ad deuotionē emerunt quę mi
nus parauerant. aromata sic marcus commemorat. ut
uenientes ungerent eū. Et ualde mane una sabbatorū.
uenerunt ad monumentū. Quęrendū autē cur noctem
dominicę resurrectionis euangelista describens ait. Ues
pere autē sabbati quę lucescit inprima sabbati. cū con
suetus ordo temporū habeat. uesperā magis tenebresce
re in noctē quā in diē lucescere; Sed mystice loquens eu
angelista quantū dignitatis hęc sacratissima nox de gla
deuicte mortis accepert insinuare studuit. dū eius ex
ordiū qd deuotę xpo feminę inobsequiū illius uigila
re ceperunt. insequentē iam diē lucescere phibuit. nā
dñs auctor et ordinator temporū. qui ultima noctis hui
parte surrexit. totā eam nimirū eiusdē resurrectionis